



Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.  
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy  
évben. Elöfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

## Duodecim anni menses.

Annum Romani ad cursum<sup>1</sup> solis accommodavere<sup>2</sup> mensibusque lunaribus usi sunt. Annum suum Romulum decem tantum fecisse mensium, quorum primus Martius fuerit, satis constat. Quibus decem mensibus Numa Pompilius duos alias adiecit, Ianuarium scilicet et Februarium, cum Romuli annum nec solis, nec lunae cursui congruere cerneret.

Mensis Ianuarius, a quo nunc annus incipit, olim undecimus in serie mensium erat ultimumque locum. Februarius obtinebat. Menses enim, qui Ianuarium praecedunt: Quintilis, Sextilis, September, October, November, December iam nomine suo satis

ostendunt non`a Ianuario, sed Martio potius numeruni eorum esse ineundum.

Anno urbis conditae DCCVIII., h. e. anno a. Chr. n. 46. C. Iulius Caesar calendarium per Sosigenem, virum matheseos studiis instructissimum curavit emendandum. Quo tempore mensis Quintilis in honorem Caesaris in Iulium est commutatus. Annum a Iulio ordinatum, sed postea neglegentia conturbatum<sup>3</sup> et confusum<sup>4</sup> Octavianus Augustus rursus ad pristinam rationem<sup>5</sup> redigit<sup>6</sup> Sextilemque mensem e suo cognomine iussit nuncupari.

<sup>1</sup> pálya   <sup>2</sup> igazít vmihez   <sup>3</sup> rendetlen   <sup>4</sup> zavaros  
<sup>5</sup> rend   <sup>6</sup> kiigazít.



Per.  
Lat  
020



Hic sistimus figuras mensium Ianuarii, Februarii et Martii ex manuscripto vetere Bibliothecae Caesareae Vindobonensis a Lambecio olim protractas,<sup>7</sup> quibus calendarium antiquum fuit exornatum eisque adiicimus tetrasticha<sup>8</sup> Ausonii Burdigalensis, clarissimi rhetoris et poëtae saeculi p. Chr. n. quarti.

### Ausonii Burdigalensis de mensibus tetrasticha.

#### *Ianuarius.*

Hic Iani mensis sacer est: en aspice ut aris  
Tura micent, sumant ut pia tura Lares.  
Annorum saeclique caput, natalis honorum,  
Purpureos fastis<sup>9</sup> qui numerat proceres.

#### *Februarius.*

At quem caeruleus nodo constringit amictus,  
Quique paludicolam prendere gaudet avem;  
Daedala<sup>10</sup> quem iactu pluvio circumvenit  
Iris,<sup>10</sup>

Romuleo ritu Februa<sup>11</sup> mensis habet.

#### *Martius.*

Cinctum pelle lupae promptum<sup>12</sup> est cognoscere<sup>12</sup> mensem,  
Mars illi nonen: Mars dedit exuvias.<sup>13</sup>  
Tempus ver, hoëdus petulans<sup>14</sup> et garrula<sup>15</sup>  
hirundo  
Indicat et sinus lactis<sup>16</sup> et herba virens.

#### *Aprilis.*

Contectam myrto Venerem veneratur Aprilis.<sup>17</sup>  
Lumen turis habet, quo nitet alma Ceres.  
Cereus a dextra flamas diffundit odoras:  
Balsama nec desunt, queis<sup>18</sup> redolet Paphie.<sup>18</sup>

#### *Maius.*

Cunctas veris opes et picta rosaria<sup>19</sup> gemmis  
Liniger<sup>20</sup> in calathis,<sup>21</sup> aspice, Maius habet.  
Mensis Atlantigenae dictus cognomine Maiae,  
Quem merito<sup>22</sup> multum diligit Uranie.<sup>22</sup>

#### *Iunius.*

Nudus membrâ dehinc solares<sup>23</sup> respicit  
horas<sup>23</sup>  
Iunius, ac Phoebum flectere monstrat iter.  
Idem maturas Cereris designat aristas;  
Floralesque fugas lilia fusa docent.

#### *Iulius.*

Ecce coloratos ostendit Iulius artus,  
Crines cui rutilos spicae<sup>24</sup> serta ligant.  
Morus<sup>25</sup> sanguineos praebet gravidata<sup>25</sup> rameos,<sup>26</sup>  
Quae medio canceri<sup>27</sup> sidere laeta viret.

#### *Augustus.*

Fontanos<sup>28</sup> latices<sup>28</sup> et lucida<sup>29</sup> pocula vitro  
Cerne, ut demerso<sup>30</sup> torridus<sup>31</sup> ore bibat.  
Aeterno regni signatus nomine mensis,  
Latona genitam quo perhibet<sup>32</sup> Hecaten.

#### *September.*

Surgentes acinos<sup>33</sup> varios et praesecat uvas  
September, sub quo mitia poma iacent.  
Captivam filo gaudens religasse lacertam,<sup>34</sup>  
Quae suspensa manu nobile ludit opus.

#### *October.*

Dat prensum leporem, cumque ipso palmite<sup>35</sup>  
foetus<sup>36</sup>  
October, pingues dat tibi ruris aves.  
Iani bromios<sup>37</sup> spumare<sup>38</sup> lacus<sup>39</sup> et musta  
sonare  
Apparet; vino vas calet ecce novo.

#### *November.*

Carbaseo surgens post hunc indutus amictu  
Mensis, ab antiquis sacra deamque colit;  
A quo vix avidus sistro<sup>40</sup> compescitur<sup>41</sup> anser,  
Devotusque<sup>42</sup> satis ubera fert humeris.

7 kiad 8 négyisoros vers 9 t. i. «Fasti Capitolini, v. Consulares»: a fölöl tiszviselők névjegyzéke  
10 Iris a szívárvány istennő e, az istenek hirnöke.  
Daedala: színekben pompázó 11 e hónapban ültétek meg a rómaiak a tiszítő és engesztelő ünnepéket (Februa) 12 könyű felismerni. A nőstény farkast a rómaiak Mars szent állataiként tisztelték, mert Romulust és Remust, Mars isten saját tejével táplálta 13 hadi, sákmány 14 pajkos 15 fecsi gó, csacsogó 16 tejeskőcsög 17 Aprilist férflakba ábrázolták kezében crotalummal, kézi keleppel 18 queis a. m. quibus, Paphie = Venus; szobrát balsammal illatosították 19 rózsa 20 vászonba öltözött 21 kosár 22 méltán szereti e hónapot Urania, mert ennek idusán született Mercurius 23 Iunius a napórára (horologium solare) néz. Ezzel jelzi, hogy júniusban van a nap nyári fordulója 24 kalázos 25 szederfa; gravidata = megrakva 26 szeder 27 rákcsillag 28 forrásvíz 29 tündökös, ragyogó 30 lesüllyeszt, leszorít 31 eltikkadt 32 nevez 33 szőlőszem 34 gyík 35 szőlőág, szőlőhajtás 36 termés 37 lármás; Bacchus mellékneve 38 habzik 39 kád (a kisajtolt bor részére) 40 csörgő (Isis istennő tiszteletére) 41 megzaboláz 42 ájtatosan.

*December.*

Annua sulcatae<sup>44</sup> coniecta et semina terrae  
Pascit hiems, pluvio de Iove cuncta ma-  
dent.

Aurea nunc revocat Saturni festa December;  
Nunc tibi cum domino ludere verna<sup>45</sup> licet.

<sup>44</sup> barázdas <sup>45</sup> rabszolga.



**Conscientia<sup>1</sup> pessumdat, prudentia  
salvat.**

Rex ditissimus olim pretiosissimum anulum amiserat. Quem cum sedulo quaerantes nusquam repperissent, rex per praecones evulgavit magnum illi fore praemium, qui anulum invenisset. Simplex ruricola, Callidius nomine, re audita, ne legendi quidem neque scribendi peritus, sua tamen pingui Minerva<sup>2</sup> fretus, praemium sibi merere aggreditur. Itaque sub bracchio ingentem librum trahens coramque rege assistens: Quamvis — inquit — vestitu te impari induitus sim, tamen astrologum me esse profiteor, et brevium illum anellum investigare animum induxi. Cui rex ut vili colono diffisus respondit: Si inveneris, marsupium<sup>3</sup> auro confertum habebis; sin minus reppereris, laqueo te suspendam, quod nolo quemquam me ludificare.<sup>4</sup> Quo dicto Callidium in cubiculo quodam palatii habitare iussit, ubi suum hic librum diurna nocturnaque manu volvebat.

Apparitores magni eum aestimantes qui buscumque possent officiis summaque cum industria prosequabantur nec umquam aliter atque «amplissime astrologe» adpellarunt. Callidius autem pensabat hosce servos certo certius, ubi anulus lateret, novisse nec utique tam comiter caput demitterent, nisi propterea quod se timerent. Contigit ut ab uxore sua visitaretur. Quam iussit sub lecto delitescere<sup>5</sup> et quando servus intraret dicere «Unus»; altero ingrediente «Duo» tertio «Tres». Dicto parebat uxor. Et illi quidem

cum vocem occultam perceperunt, sine dubio se ipsos denotari atque ope phantasmatis<sup>6</sup> crimen detectum existimabant. Re vera quippe anulum furati erant.

Hinc terrore percussi tres simul ad astrologum venerunt tremula voce supplicatum: «Amplissime et clementissime astrologe! Quoniam investigasti nos esse furti auctores: ne, quae sumus, regi nos denuntiaris,<sup>7</sup> alioquin perimus; ecce pauperculos nos: paenitent nos admissi; commiserere nostrae conditionis!»

Callidius indagine<sup>8</sup> captis<sup>8</sup> respondit: Vobis nihil mali facessam. Verum obsequi mini consiliis meis! Facite ut certus gallus gallinaceus quem forte novistis, anulum deglutiat.<sup>9</sup> De ceteris mihi curam demandate!<sup>10</sup>

Servi obtemperarunt. Callidius autem ad regem adiit dixitque: «Rex, in aeternum vive! Scito me post multa in libro studia, ubi lateret, anulum indagasse,<sup>11</sup> in stomacho galli quem scio, latet.

Occiditur gallus, reperitur anellus, agriculta suo praemio donatur et publicis laudibus honoratur.

J. H. Salisb.

<sup>1</sup> sc. mala <sup>2</sup> mesterkéletlen együgyűségében biza-  
kodva <sup>3</sup> erszény <sup>4</sup> orromnál fogva vezet <sup>5</sup> elbüvik  
<sup>6</sup> tülemejésség <sup>7</sup> feljelent <sup>8</sup> törbe esett <sup>9</sup> lenyel  
<sup>10</sup> a többöt bízzátok rám! <sup>11</sup> kinyomoz.

**Peregrinationes et rusticationes Austriacae.** (2.)

*Scripsit Carolus Ács.*

Kufstein est oppidum amoenum undique praeruptis et in acutum<sup>1</sup> fastigatis<sup>1</sup> lateque carentibus rupibus montium, qui vocantur Wilder Kaiser, atque saltibus viridianibus redimitum.<sup>3</sup> Per medium oppidum Oenus latissimus celeriter fluit. Kufstein quamvis aedificiorum vetustate conspicuum,<sup>3</sup> propter commercii<sup>4</sup> et loci<sup>4</sup> celebritatem<sup>4</sup> tamen aliquid recentis<sup>5</sup> et vegeti<sup>6</sup> habet. Medio in oppido assurgit mons; in summo monte sita est arx inclita Geroldseck nobis Hungaris tristis atque infamis, in cuius carceribus tam multi Hungari inclusi tabuerint.<sup>7</sup> In arcis conclavibus sunt ad

<sup>1</sup> hegyes csúcsban végződő <sup>2</sup> övezve <sup>3</sup> feltüntő  
<sup>4</sup> élénk forgalom <sup>5</sup> modern <sup>6</sup> eleven <sup>7</sup> sorvad.

visendum expositae res vetustae, vestitus popularis varia et versicolora genera,<sup>8</sup> metalla, bestiarum<sup>9</sup> et avium cadavera tomento



Kufstein

efferta,<sup>9</sup> multae et variae supellectiles et instrumenta humani<sup>10</sup> generis, quod ante hominum memoriam<sup>10</sup> erat. Quae cum omnia delectationis pleni consideravissemus, per multas scalas tandem in arcis turrim, in qua olim carceres inaedificati erant, eni sumus.<sup>11</sup> Est autem haec turris rotunda ac camerata,<sup>12</sup> in carcerarias cellas divisa. Custos arcis, qui nobis spectantibus monstrator<sup>13</sup> adesset, cum unasquaque res ordine demonstrasset et explicasset, quaerenti mihi, qua in cella inclusus fuissest nostras Franciscus Kazinczy, se id nescire ait, at ostendit nobis in una cellarum depictam cuiusdam latronis promissa<sup>14</sup> caesarie<sup>14</sup> atque longa<sup>15</sup> et spissa superioris labri barba praediti<sup>15</sup> imaginem, quam Alexandri Rózsa, celeberrimi Hungarici latronis esse dixit. Recte an perperam<sup>16</sup> nec affirmare, nec negare ausim, quippe qui latronum vitas et res gestas ut ingenuae<sup>17</sup> fatear, nullus<sup>18</sup> norim. In arce inaedificata est immanis<sup>19</sup> organi machina<sup>19</sup> ingentibus fistulis,<sup>20</sup> cuius soni ex multis milibus passuum exaudiantur. Ex turris minis<sup>21</sup> longissime prospectando cum vallis amoenitate saturati<sup>22</sup> essemus, altero die iter perrecturi ex oppido Kufstein discessimus. Tum ut erat in nostrorum<sup>23</sup> itinerum<sup>23</sup> ratione<sup>23</sup> constitutum, a Kufstein via ferrata per Jenbach vehiculo vapore moto Mayrhofen, celeberrimum in valle Zilleri oppidum inventi sumus. Vallis a Jenbach intrantibus est porrecta<sup>24</sup> in latitu-

dinem,<sup>24</sup> sed eo magis in artum<sup>25</sup> cogitur,<sup>25</sup> quo magis introrsus flectitur iter, ita ut Mayrhofen in angustiarum<sup>26</sup> plana<sup>26</sup> convalle<sup>26</sup> extendatur.

Mayrhofen est oppidulum bellum ac suave aspectu, villis lepidissimis consitum aestivae rusticationi aptissimum, quod frequentia aestivantium et montivagorum scatet. Ex Mayrhofiana enim convalle complures viae multifariam<sup>27</sup> per fauces angustiarum usque ad Alpinorum montium cacumina nivosa ducunt. Faucium tres, quae vernacularum<sup>28</sup> lingua Gründe appellantur, quae sunt Zillergrund, Zemgrund, Stillupklamm, eximia amoenitate alliciunt peregrinantes.

Tempore matutino forte cum Stillupenses cataractas visendi causa adiremus, uxor et filius aliquantum viae me comitantes arduum collis confragosi<sup>29</sup> et salebrosi<sup>30</sup> anheli et fessi eluctari<sup>31</sup> nequibant; desperantes deni-



Mayrhofen.

que de ascensu clivi ad cataractas ducantis domum reverterunt.

<sup>8</sup> színes <sup>9</sup> kitömött madarak és állatok <sup>10</sup> prehisztoriikus kor <sup>11</sup> felsmásztunk <sup>12</sup> bolthajtásos <sup>13</sup> magyarázó <sup>14</sup> hosszú üstök <sup>15</sup> hosszú és torzonborz bajuszú <sup>16</sup> helytelenül <sup>17</sup> öszintén <sup>18</sup> teljességgel nem <sup>19</sup> óriási orgona <sup>20</sup> síp <sup>21</sup> bástyárom nem betelik <sup>22</sup> útiterv <sup>23</sup> kiszélesedik <sup>25</sup> összeszorul <sup>26</sup> sik völgykatlan <sup>27</sup> sokfelé <sup>28</sup> ott lakó <sup>29</sup> köves hepehupás <sup>31</sup> felvergődni.

Venter praecepta non audit. Poscit, adpellat.<sup>1</sup> Non est tamen molestus<sup>2</sup> creditor: parvo dimittitur, si modo das illi, quod debes, non quod potes.

<sup>1</sup> sürget <sup>2</sup> türhetetlen.

**EXEMPLA CLARORUM VIRORUM**

*Epaminondas*, Thebanorum imperator, apud Mantineam instructa acie audacius hostibus instabat. Cum eum Lacedaemonii cognovissent, universi in eum impetum fecerunt et unus ex iis hasta eminus percussit. Epaminondas moriens in castra delatus est. Cum ad se rediisset, quæsivit: «*Salvusne est clipeus?*» Cum sui salvum esse respondissent, interrogavit: »*Suntne fusi hostes?*» Cum fusos esse audivisset: «*Bene — inquit — res se habet et satis vixi.*» Tum hastam, qua transfixus erat, evelli iussit et multo sanguine profuso laetus mortuus est.

*Diodorus Siculus.*

\*

*Cynegeirus*, miles Atheniensis, in pugna Marathonia fortissime dimicavit. Cum hostes ad naves fugissent, ipse onustam navem dextra manu tenuit; cum dextra amputata esset, navem sinistra comprehendit. Cum eam quoque amisisset, postremo morsu navem detinuit.

*Iustinus.*



**Francisci Mező dr. relatio rerum in conventu extraordinario Olympiacae Hungarorum Societatis anno 1932**

**a. d. VII. Kal. Oct. actarum.**

*In Latinum convertit Carolus Ács.*

Media superioris anni hieme atque nuper mensibus Iulio et Augusto, tu princeps<sup>1</sup> conventus, vir excellentissime vosque, qui in hoc conventu adestis viri amplissimi, cum simultates,<sup>2</sup> quae inter nationes intercessissent, per orbem terrarum desivissent exerceri depositaque essent arma, quibus in rerum<sup>3</sup> publicarum<sup>3</sup> administratione<sup>3</sup> rationibus<sup>4</sup> et commerciis<sup>5</sup> dimicaretur, omnium oculi ad solum totius orbis locum, ubi pacificis<sup>6</sup> armis certaretur, ad ludos Olympiacos

conversi sunt. Cuncti homines anxii expectabant quid novi radiophonus et telegraphum nuntiarent. Nimis omnes nationes popularium<sup>7</sup> victoriam sitiebant, quamquam alienigenarum merita et virtutes comprobabant celebrabantque. Adversariorum quoque merita et virtutes libenter et facile aestimare ea demum est certaminum Olympicorum vera<sup>8</sup> vis<sup>8</sup> et ratio,<sup>8</sup> qua admirantium plausus et hymnorum corda sursum rapientium cantus in symphoniam magnificam congruunt.<sup>9</sup> Olympia hiberna tertium celebrata, quæ ludos Olympicos nostra aetate decinum commissos<sup>10</sup> tanquam exordium<sup>11</sup> antecesserant, insperatam Hungarico nomini peperere gloriam, sex enim primi, quinque secundi, sex tertii loci omnium populorum admirationem excitaverunt. His nostratum luculentissimis<sup>12</sup> facinoribus<sup>13</sup> septimum in victrici certamine locum obtinuimus. Nostrates vero ad certamen missi pulcherrima documenta ediderunt cum roboris et dexteritatis<sup>14</sup> Hungaricae et certandi studii, tum in nobilissimis certaminis artibus. Georgius Piller et domi et maioribus Europæis victoriis clarissimis deinceps adeptis virorum Fuchs Pósta et Edmundi Terstyánszky dignissimus existit successor. Andreas vero Kabos tertio suo loco nostram in arte<sup>15</sup> gladii<sup>15</sup> auctoritatem auxit. Caterva<sup>16</sup> virorum Glykais, Kabos, Ernesti Nagy, Petschauer, Piller gladio<sup>17</sup> batuentium<sup>17</sup> gladium, qui iam inde ab anno 1908 in certaminibus Olympicis splendidissime fulget, illaesum reportaverunt. Laetabilem nobis successum adtulit in arte<sup>18</sup> pugionis<sup>18</sup> Erna Bogen, quae loco suo tertio prima feminarum ad certamen admissa est. Stephanus Pelle, iuvenis ille clarissimus, duobus primis et duobus secundis locis inter omnes nationes in arte<sup>19</sup> gymnica<sup>19</sup> Hungaris primum locum asseruit.<sup>20</sup> Post Antonium Kocsis Stephanus Énekes pugnum<sup>21</sup> Hungaricum durum et ferreum esse documentum dedit. Pugiles<sup>22</sup> nostri

<sup>1</sup> a gyűlés elnöke <sup>2</sup> éllentétek <sup>3</sup> politika <sup>4</sup> pénzügyek <sup>5</sup> kereskedelem <sup>6</sup> békés <sup>7</sup> földiek <sup>8</sup> igazi értelme, gondolata <sup>9</sup> olvadnak össze <sup>10</sup> rendezett <sup>11</sup> nyitány <sup>12</sup> fényses <sup>13</sup> tettel, példával <sup>14</sup> ügyesség <sup>15</sup> kardvívás <sup>16</sup> csapat <sup>17</sup> kardvívó <sup>18</sup> törvívás <sup>19</sup> torna <sup>20</sup> odaítél <sup>21</sup> ökölvívó. <sup>22</sup> ökölvívó.

Kárpáti, Zombori et Tunyogi cum esset re<sup>23</sup> iniquissima<sup>23</sup> certandum, tamen pugilatus<sup>24</sup> Hungarici famam et auctoritatem pro virili parte tutabantur. *Hydrosphaeristae*<sup>25</sup> nostri Barta, Bródy, Halasy, Homonnay, Ivády, Keserü I. et II., Német, Sárkány et Vértesy gradatim assurgentes haud dubium fecerunt, quin toto terrarum orbe lusores primi et unici exstiterint. Constat vero Graecorum veterum temporibus ex corporis<sup>26</sup> cultu<sup>26</sup> et exercitatione<sup>28</sup> etiam litteras maximos percepisse fructus. Huius autem duplicitis et multi cultus artium et litterarum admonet nos eximia laus, quam Miltiades Manno in certamine<sup>27</sup> artium<sup>27</sup> et litterarum<sup>27</sup> consecutus est. Quamquam in arte<sup>28</sup> collineandi<sup>28</sup> ut saepe fata Hungarorum tulerunt, in ipso aditu palma nobis erepta est. Ut vero fatis, sic etiam hominum animis innato vitio id est nimio patriae amore in malam<sup>29</sup> partem<sup>29</sup> detorto<sup>29</sup> palma eripi potest.

Rotter-Szollás par artificum<sup>30</sup> glaciem<sup>30</sup> solea<sup>30</sup> ferrata<sup>30</sup> persultandi<sup>30</sup> aequorum arbitrorum sententia dignissimus fuerit corona in certamine<sup>31</sup> parium<sup>31</sup>, tamen ei locus tertius attributus est. Quae cum ita sint, illam per<sup>32</sup> puncta<sup>32</sup> eligendi<sup>32</sup> rationem<sup>32</sup> ex Olympiis funditus tollendam censeo, nisi Olympia extincta velimus. Atque si arbitrorum sententiae aequae et iustae fuissent, Pelle quoque quattuor victoriis potitus esset. Etiam nostri natatores (Bárány, Szabados, Székely) per quater ducena metra nantes seriem victiarum in arte nandi adeptarum auxere. Corona victrici etiam nostra Societas, quae anno vicesimo quinto, postquam condita est, primum victoram Olympicam nacta nobilitata est.

In Graeciae sole<sup>33</sup> nitentibus<sup>33</sup> terris olim, dilectissimi sodales et novissimi socii, videntes Olympicis in finibus soli natalis a lectissimis<sup>34</sup> viris<sup>34</sup> excepti<sup>34</sup> curru quattuor equis iuncto in urbem non porta, sed moenibus destructis invehebantur. Qua re Graeci significabant urbem, quae Olympionicas<sup>35</sup> habet, muris non egere. Verum nos cum nostris temporibus urbes iam non habeant muros, quos aperiant, aperimus vobis, carissimi sodales, nostra corda, quem honorem vos speramus non minoris facturos,

quo Graeci antiqui suos videntes ornassent. Curribus vapore motis floribus redimitis vecti floribus conspergebamini, coronis donabamini et nonnullae laudes vos manebunt.

Hungarorum corda velut Memnonis saxea effigies solis<sup>36</sup> ictu<sup>36</sup> resonant. Gratias agimus vobis, quod patriam meliore sorte dignam exhilarastis, quodque Hungarorum moerentium tacita ora ad sonandum<sup>37</sup> excitastis.<sup>37</sup>

Me vos a magistratibus, sodalibus, proximis et amicis singulari studio et amore amari cernentem subit immortalis nostri poetae illud

«Omnis gens, quae clara viroru[m] facta honestet,  
Digna est perpetuo quae floreat vigeatque.»

<sup>23</sup> kedvezőtlen helyzetben    <sup>24</sup> ökölvívás    <sup>25</sup> vízpólójátékos    <sup>26</sup> testi kultúr    <sup>27</sup> irodalmi és művészeti verseny    <sup>28</sup> céllövészet    <sup>29</sup> rosszul értelmezett    <sup>30</sup> műkorcsolyázó    <sup>31</sup> páros verseny    <sup>32</sup> pontozási rendszer    <sup>33</sup> napsütéses    <sup>34</sup> díszkioldöttségtől fogadva    <sup>35</sup> olympiai győzök, bajnok    <sup>36</sup> a nap sugaraira    <sup>37</sup> megzendítették.

## Oppidum sepultum.

(5)

Scripsit: Győző Morvay dr.  
In Latinum convertit: Valentinus Fehér.

### 7. Decius in thermis<sup>1</sup> se lavat.

Exinde cottidie viserunt oppidum. Quodam die cum Pansa, cui in foro occurserant, in thermas ierunt.

Saepe iam legimus, quam voluptaria<sup>2</sup> fuisse Romanis lavatio.<sup>3</sup> Ne piscis quidem magis aquā fruitur, quam Romani fruebantur. Nonnunquam septies in die se lavabant. Nonnulli nobiles adolescentes non soli omnem diem, sed quandoque maiorem etiam noctis partem illic consumpserunt.<sup>4</sup> In unaquaque domo balneum<sup>5</sup> aedificatum est, sed fuerunt etiam publicae<sup>6</sup> balneae. Romae octingentae quinquaginta sex balneae publicae fuerunt: ingentes balneae publicae, quae ex Agrippae temporibus maximo splendore aedificatae erant, thermae appellatae sunt. In his thermis erant conclave sermonibus destinatum,<sup>7</sup> bibliotheca, palaestra,<sup>8</sup> harrena,<sup>9</sup> ubi gladiatores certabant, theatrum in quo mimi ludabant. Hic locus etiam oblectationibus<sup>10</sup> aptus fuit, ubi Romani pru-

<sup>1</sup> meleg fürdő    <sup>2</sup> élvezetes    <sup>3</sup> fürdés    <sup>4</sup> eltölt    <sup>5</sup> kisebb fürdő    <sup>6</sup> nyilvános, köz-    <sup>7</sup> társalgóterem    <sup>8</sup> birkózóhelyiségek    <sup>9</sup> porond    <sup>10</sup> mulatság.



denter non solum corpora, sed etiam animos recrearunt.<sup>11</sup> Thermas et pauperes et divites visere potuerunt, quia pro introitu quadrans<sup>12</sup> solvebatur. In maioribus oppidis etiam gratis lavabatur.

Postquam Decius eiusque socii in domo Pansae pranderunt,<sup>13</sup> in balneas publicas, quae erant post templum Iovis, ierunt.

Ut intrarunt, multi iam in vestibulo commeabant; nonnulli saepius constiterunt<sup>14</sup> ad sermones conferendos, alii tum ipsum venerunt. E vestibulo in apodyterium<sup>15</sup> ingrediuntur. Is est amplus locus, unde sex foribus in diversa cubicula intratur. Ut ingressi sunt, servus vestes et calceos exuit. Alius, qui capsarius<sup>16</sup> dicebatur, res pretiosas: anulos, torques,<sup>17</sup> pecuniam in cāpsam<sup>18</sup> condit. Vester exutae a clavis<sup>19</sup> suspenduntur.

Homines nudi in scaminis<sup>20</sup> apud parietes lapideis residunt, ut corpora ad lavandum praeparent. Decius e scanno contemplatur opera tecti caelata, in quo amphorae, lyrae grypesque<sup>21</sup> insculptae sunt, in iis lucerna pendebat, ut nocte vel crepusculo<sup>22</sup> hominibus luceret. Parietes erant lūteo<sup>23</sup> colore picti. In parietibus, qui erant praeter fenestras, crustae<sup>24</sup> Oceani, dei maris, Tritonum, delphinorum videbantur. Pavimentum albī in nigro margine<sup>25</sup> lithostrotis<sup>26</sup> stratum erat.

Apud apoditerium erat elaeothesium;<sup>27</sup> in alio cubiculo fornicato lucernae servabantur.

Decius eiusque socii ex apodyterio in frigidarium<sup>28</sup> ingrediuntur, in quo est natatio, id est piscina natantium. In quattuor cubiculi lateribus sunt hemicycliae<sup>29</sup> scholae,<sup>30</sup> quo homines quiescentes se recipiunt. Piscina est hominis altitudine; in ea aqua purissima. In lateribus piscinae circa sunt scamina lapidea, ut lavantes descendere vel considerare possint. Fornicatio<sup>31</sup> loci est caerulea, in parietibus virides herbae pictae sunt.

Cum Decius eiusque socii frigida aqua satis membra refecissent, per apodyterium in tepidarium<sup>32</sup> eunt. Hic est locus splendifissimus atque maximus. Pavimentum albī in nigro margine lithostrotis marmoreis stratum est. In tecto albae crustae videntur, quae Ganymedem ab aquila raptum, Apollinem admissā<sup>33</sup> grype vectum,<sup>33</sup> Amorem sagittae effultum<sup>34</sup> repreäsentant. Fornicatio ab Atlantibus et telamonibus<sup>35</sup> ex lapide

sculptis sustinetur. Lux diurna per magnam fenestram penetrat.

In cubiculo calor est tepidus. Aēr furnis<sup>36</sup> mobilibus<sup>37</sup> aut hypocausi<sup>38</sup> calefit.<sup>39</sup> Tria ibi scamina sunt.

— Quod est scamnum istud? — interrogat Decius scamnum forniosissimum ostendens.

— Hoc scamnum — ait Pansa — M. Nigidius Vaccula fieri iussit. Pedes, uti vides, lapidei sunt pedibus bovillis<sup>40</sup> similes, in latere crusta bovis videtur.

— Sane — respondet Decius — et ideo est inscriptum: M. Nigidius Vaccula P. S. (pecunia suā).

— Ita est, M. Nigidius vaccula<sup>41</sup> pecunia suā fecit.

— Haec sane ludicra<sup>42</sup> res est! — ridet Decius.

Qui non ibant in frigidarium, statim huc veniebant vestiti atque ibi vestes exuebant. Vestibus depositis aēre calidi nidoris<sup>43</sup> pleno fruebantur.

E tepidario in caldarium<sup>44</sup> eunt. In medio cubiculo sunt alveus aquae calidae plenus et sudatorium.<sup>45</sup> Ambitus<sup>46</sup> alvei e pavimento exstat, ut homines, dum incalescant,<sup>47</sup> insidere possint. Calefacti in aquam calidam se immergunt.

Est in cubiculo schola in eaque labrum,<sup>48</sup> in quod per tubos<sup>49</sup> aqua frigida fluit. Qui e caldario venit, ibi caput lavat, ut se paulum refrigeret.<sup>50</sup>

Postquam Decius eiusque socii se laverunt, redeunt in apodyterium, ubi rursus a servis curantur. Balneator<sup>51</sup> corpora strigili<sup>52</sup> radens<sup>53</sup> sudore,<sup>54</sup> oleo, unguento purgat. Alter unguis purgat et secat, tertius vellit e corpore pilos<sup>55</sup> supervacaneos,<sup>56</sup> quartus summis viribus corpus perficit.<sup>57</sup> His peractis oleo fragrant<sup>58</sup> profunduntur et unguento fragranti perunguntur. Olea et unguenta in ampullis oleariis,<sup>59</sup> scaphiis,<sup>60</sup> vase unguentario servantur.

<sup>11</sup> felüdít <sup>12</sup> két fillér <sup>13</sup> tizóraizik <sup>14</sup> megáll   
<sup>15</sup> vethközű <sup>16</sup> szekrényörző <sup>17</sup> nyaklánc <sup>18</sup> szekrény   
<sup>19</sup> szeg <sup>20</sup> pad <sup>21</sup> griffmadár <sup>22</sup> alkonyatkor   
<sup>23</sup> sárba <sup>24</sup> dombormű <sup>25</sup> keret <sup>26</sup> mozaik <sup>27</sup> kenőszoba <sup>28</sup> hűtőszoba <sup>29</sup> félkőralakú <sup>30</sup> fülke <sup>31</sup> boltozat <sup>32</sup> langyos fürdő <sup>33</sup> nyargaló <sup>34</sup> támaszkodó <sup>35</sup> férfi alakú oszlopok <sup>36</sup> kemence <sup>37</sup> m zgó <sup>38</sup> alulfútés <sup>39</sup> melegzik <sup>40</sup> tehén- <sup>41</sup> tehénke <sup>42</sup> mulatságos <sup>43</sup> gör <sup>44</sup> gózfürdő <sup>45</sup> izzaszató <sup>46</sup> kerület <sup>47</sup> felmelegszik <sup>48</sup> medence <sup>49</sup> cső <sup>50</sup> lehűt <sup>51</sup> fürdőszolga <sup>52</sup> vakaró, <sup>53</sup> vakar <sup>54</sup> izzadság <sup>55</sup> ször <sup>56</sup> felesleges <sup>57</sup> megdögönyöz <sup>58</sup> illatos <sup>59</sup> olajosüveg <sup>60</sup> csónakalakú edény.

Post lituram<sup>61</sup> et chrisma<sup>62</sup> se intuentur in speculo, sintne iam satis mundi<sup>63</sup> et linteo<sup>64</sup> se tergent.

Tum demum e balneis discedunt.

In balneis homines praeter lavationem simul se oblectant: de fama, de rebus factis et fictis sermocinantur. Legebant acta<sup>65</sup> diurna,<sup>66</sup> quae Romae scripta indeque in oppida dimittebantur. Inde cognoscebatur, quid esset novi in familia Caesaris, quis altiore gradum<sup>66</sup> assecutus, quis mortuus nobilium, quae in locis imperii remotissimis<sup>67</sup> accidissent, ubi bella gererentur, quales domus Romae exstruerentur, quae mira evenirent, cetera eiusdem generis.<sup>68</sup>

<sup>61</sup> kenés <sup>62</sup> olajozás <sup>63</sup> tiszta <sup>64</sup> törülközö <sup>65</sup> napi-lapok <sup>66</sup> rang <sup>67</sup> távoli <sup>68</sup> és a többi.



### Locosa.

Pater filio a dulciario<sup>1</sup> decem liba mellita, quibus pro ornamento multiplicatio numerorum erat impressa, quo facilius scilicet pueruli bene calculum<sup>2</sup> ponere<sup>3</sup> possent, emit. Puer liba mellita ibidem in taberna comedit.

«Iam vero, mi fili», dicit pater filio, «tute posthac dicere non poteris, minus esse te imbutum<sup>3</sup> numerorum notitia, qui tot numeros tam brevi hic consumperis!»

\*

Quidam pingendi<sup>4</sup> artifex<sup>4</sup> ad senectudem venit serum prius, quam artis suaem emolumentis<sup>5</sup> bene frui potuisset. Tantae aetatis hominem cum emptores picturas eius admodum magno pretio<sup>6</sup> distracturi<sup>7</sup> visitarent frequenter, ille: «sero venitis», ait, «qui carnem mihi tunc demum largimini,<sup>8</sup> cum dentibus firmis carens talibus offulis,<sup>9</sup> nimirum olim a me appetitis delectari iam non queo».

<sup>1</sup> mézeskalácsos <sup>2</sup> számol <sup>3</sup> megtölt <sup>4</sup> festő-művész <sup>5</sup> előny, haszon <sup>6</sup> megelhetős nagy áron <sup>7</sup> szétkapnodni <sup>8</sup> bőven ad <sup>9</sup> falat.

### AENIGMATA.

#### I.

(Ad saltum equulei.)

cun	que	ni	an	pi	sus		
for	Re	da	se	at	mi	gu	en
do	tra	to	bus	ve	a	sa	mo
ven	tis	dem	gi	um	pa	ter	stis
con	tur	hes	ap	i	la	ni	re

#### II.

—ater, —ego, —perio, —us, —mo, —am, —ora, —moveo, —neus, —erus.

Hae litt-rae singulis litteris antepositis suppleantur; primae litterae nomen clarissimi cuiusdam Titani efficiant.

	O	L
V		S
N	A	
T		T
U		S



### Solutiones aenigmatum numeri IV.

I. 1. Sal, 2. pilum, 3. Silarus, 4. Palatinus, 5. luridus, 6. munus, 7. sus. — II. «Vivitur parvo bene, cui paternum splendet in mensa tenui salinum» — III. «Pallida Mors aequo pulsat pede pauperum tabernas regumque tresses.» — IV.  $10+30+15+45=100$ . — V. Anulus cum gemma.

**Aenigmata recte dissolverunt:** Magdalena Fajcsek, Margarita Gesmay, Mathias Gombos, Rud. Kancz, Zolt. Kancz, Marianna Renner, Georgia Szilvássy, Julius Vallamány. Praemium Margaritae Gesmay sorte obvenit.



Moderator ephemericis EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22.,

ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societas Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)